



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dissertatio Triplex Theologica, Ad Mentem Præclarissimi
Ecclesiæ D. S. P. Avgvstini, (Cui consonat Doctor
Angelicvs cum Melliflvo,)**

Schweitzer, Johannes

Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.LXXXII.

Dubium tertium. An primi homines in statu innocentiae comederint &
biberint?

urn:nbn:de:hbz:466:1-39320

—❁—❁—❁—❁—❁—❁—❁—❁—❁—❁—❁—

D V B I V M T E R T I V M.

An primi homines in statu innocentie comederint & biberint ?

Respondeo , & dico : *primi homines in statu innocentie comederunt & biberunt* secundum Augustinum, probatur ex l. 13. de Civit: cap. 20. ubi ait : *qui licet morituri non essent , nisi peccassent , alimentis tamen, ut homines utebantur, nondum spiritualia , sed adhuc animalia corpora terrena gestantes. Quae licet senio non veterascerent , ut necessitate perducerentur ad mortem : tamen & alios sumebant cibos praeter unam arborem , quae fuerat interdicta, aiebantur ergo alijs , quae sumebant, ne animalia corpora molestiae aliquid esuriendo, aut sitiendo sentirent. & l. 14. cap. 26. cibus aderat, ne esuriet : potus, ne sitiret, & l. 1. retract. c. 13. quia etiam pristina stabilitas corporis, quam peccando amisimus, habebat tantam felicitatem, ut in defectum non vergeret senectutus. Huic ergo pristinae stabilitati restituatur hoc corpus resurrectione mortuorum : Sed habebit amplius, ut nec alimentis corporalibus sustentetur, & l. 2. de pec. merit. cap. 21. recte intelliguntur ante malignam diaboli persuasionem abstinuisse cibo vetito, atque usi fuisse concessis & praecipue ligno vitae.*

Obijcies : *si primi homines comederint & biberint in statu innocentiae : fuit in illis fames & sitis, sed*